

1570
INSTRUCTIO.

EORVM, qui apud Sac: et Ser: REGIAM M^{icm} Poloniae,
REGem et Dominum nostrum Clementissimum,
nomine Ill^{mi} Principis et Domini, Domini GEORGII
FRiderici Marchionis Brandenburgensis, in Prussia,
nec non in Silecia & Carnouia Ducis, Domini etiã
nostri Clementissimi, per Ill^{ma} Cels: sua Oratores,
Nobiles, Sigismundum Birckhan Capitaneum
Soldauiensem, & Michaellem Gislum Secre-
tarium et Consiliarium, in Comitijs War-
souiensibus, mense Decembri Anni 90.
celebrandis, proponenda sunt.

ORATORES Ill^{ma} Cels: sua ad dicendum apud Sac: REG: Ill^{cm} admissi, debita
salutatione, fidelium seruitiorum & Observantia delatione, nec non prosperissima
valetudinis rerumq; foelicissimarum comprecatione nomine Ill^{ma} Cels: sua so-
lenniter pramissis, et fidei literis debita cum REuerentia redditis, et lectis, in
hanc sententiam mandata Legationis sua exponunt.

Et si ad Ill^{um} in Prussia Ducem Dominum nostrum Clementissimum, sera
quidem eaq; insperata de hisce Comitijs soma peruenierit, et facile Ill^{ma} Cels:
sua intellexerit, Sac: REGni Comitua extra Ordinem indicta, & certis et grauio-
ribus tantum REipub: negotijs destinata esse: Attamen cum se Ill^{ma} Cels:
sua Vasallum Principem Sac: REG: Ill^{is}, et praeipuum Incl^{ty} huius REGni
membrum profiteatur: faciendum sibi putauit, vt, quod coram facere non posset,
ad testificandam suam erga Sac: REG: Ill^{cm}, et Incl^{ty} hoc REGnum obser-
uantiam atq; studium, per Oratores suos, Sac: REG: Ill^{is}, et amplissimis REGni
Ordinibus, in hisce quoq; Comitijs foelicissima quoq; precaretur, debita officia,
sua deferret, et se Iurag; sua commendaret. Id quod Sac: REG: Ill^{cm} &
Amplissimos REGni Ordines, non nisi in partem meliorem accepturos esse, Ill^{ma}
Cels: sua sibi persua sit. /

Habere quidem Ill^{us} in Prussia Dux grauamina non pauca in hisce quoq;
Comitijs iteranda atq; proponenda, non tantum vetera illa, quae priorum
temporum et hominum iniurijs multo ante irrepsuunt: Verum etiam
recentiora nonnulla, quae contra Pacta perpetua, contraq; Iura et Inimul-

nitates Illmorum in Prussia Ducum, & Ducatus ipsius prioribus suis
binde accumulatur. Verum cum plerumque haec ex superioribus Comitibus
non ignota sint, horum grauarum omnium prolixam Comme-
morationem grauioribus huiusmodi Occupationibus, nunc condonare
et commodiori tempore reseruare Illm^a. Cels: sua visum fuit.

Stantium Sac: Reg: Illm^e Dominum & Cognatum suum Clementissimum,
atq; Observandissimum, obnixè nunc rogat, vt de grauarum istis le-
gitime cognoscendis atq; abrogandis, cogitationem aliquando suscipiat,
Interca uero augeri ea non patiatur. Sed (quod pro auctoritate et munere
suo Regio, ceteris tribuit Ordini huius) efficiat: vt Illm^e etiam in Prussia
Ducibus, Jura, Jurisdictiones, libertates et Priuilegia sua, vna cum Pactis
perpetuis, salua sint & inuiolata conseruentur. Quod si Sac: Reg: Illm^e
fecerit, Illmos in Prussia Duces, totamq; Illmam Domum Brandeburgicam
sibi et Regno, magis magisque deuinxerit, Qui, (quod libenter et non sequiter
hucusq; praestiterunt) omni se vicissim fide et obsequio Sac: Reg: Illm^e,
& Inclito huic Regno in posterum quoq; satisfacturos esse, sanctè pollicentur.

Praeterea cum Illm^e in Prussia Dux, Dominus noster Clementissimus,
omnem sibi fortunam cum Inclito hoc Regno, communem esse putet, non
potest Illma Cels: sua, Sac: Reg: Illm^e, totiusq; Regni ex animo non gratulari,
quod Deus, summus ille rerum omnium moderator, Sac: Reg: Illm^e, &
hoc Regnum amplissimum, nec non alias illi subiectas, vicinasq; Prouincias,
metu, periculo, et mole belli Turcici, honestis quibusdam & tolerabilibus con-
ditionibus, propitiis liberauit, et ab hoc communi terrore quasi respirare vo-
luerit. Quo minus autem Illma Cels: sua, minas, diffidationes, & impe-
tum crudelissimi, et potentissimi Tyranni Turcici, contemnenda hucusq;
pulsauit: Eo magis nunc, et deinceps, inuigilandum, Deumq; rogandum
censeat, vt is conatus hostis istius, qui pro arbitrio et commodo suo pacem,
et bellum astute suscipere solet, potenter reprimat, et ad securitatem
Regni huius, totiusq; Christianitatis, ad pacem etiam tutam, & con-
stantem, idonea Sac: Reg: Illm^e & amplissimis Ordinibus consilia,
subministret. p.

Verum enimvero, quemadmodum haec spes pacis Turcica, & securitatis
publicae, Illmam Cels: suam non mediocriter recreavit, ita ea fama, quae
de Infestinis in hoc Regno subortis dissidijs, secessionibus, simultatibus,
et Odij passim sparsa fuit, Illmam Cels: suam vehementer sane perculit.
Quare cum haec intestina mala, bellis externis terribiora et pestilentiora
videantur, Deum illum aeternum, qui huic Regno in magnis & multis
rerum perturbationibus, vere Deus hucusq; tutelarior fuit, Illmia Cels:
sua ex animo rogat, ut is mentes hominum, quibus ipse solus moderatur,
in hisce ipsis Comitij ad aequanimi-
tatem, pacem, concordiam, mutuūq;
inter se amorem flectat. Sac: vero Reg: Alti & Amplissimi Ordinibus
ad scienda & tollenda haec mala, ea Consilia et remedia suggerat, quibus
salua dignitate et auctoritate Regia, salua quoq; sit salus publica.

Quod omnia cum ex animo Illmia Cels: sua, sincero et candido, huiusq; Regni
amantissimo proficiscantur: tam a Sac: Reg: Alti, quam ab amplissimis
Senatoribus, et Ordinibus, non nisi in meliorem equivoque partem accep-
tum iri confidit.

Quod reliquum est, Illmia Cels: sua, se Jurag; sua, et ipsum Ducatum suum,
totam deniq; Illmam domum Brandeburgicam, fidei, Patrociniū favori,
atq; Clementiae Sac: Reg: Alti, nec non studio & benevolentiae Amplissi-
morū Senatorum, et Ordinū Regni, iterum atq; iterum commendat.

Haec omnia fusius aut strictius exponenda, Illmia Cels: sua Orationū
suorum fidei, et dexteritati permittit, eosq; rerum et dignitatis Illmiae
Cels: suae, in refutandis Obtreclatorum calumnijs, et tuenda Innocentia,
& Juribus ipsius, rationem habere iubet.

Si quid etiam accedat, quod moram pati velle non videatur, vel Iusticiae
aliquam administrationem requirat: Id ipsum in scriptis Sac: Reg:
Alti, humiliter offerent, et responsū ex equitate rogabunt.

Instructio
Illustrissimi in Prussia
Ducis Oratorum, in Co-
mitijs Regni post expositam
Legationem publicè oblata.
die XXX Decemb. Calm.
domy reformati. Anno
M. D. XC.